UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

### Cicero, Marcus Tullius

### Lutetiae Paris, 1522

Pro L. Cornelio Balbo. Oratio XXXVI.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

infelici vicinitate,& inſolentia voluptatū. quæ cū incluſę diutius,& prima ætate cōpreſſę,&
cōſtrictę fuerūt,ſubito ſe nōnūq̃ profundūt,atq; eiiciūtur vniuerſę,qua ex vita,vel dicā quo
ex ſermone:nequaq̃ eñ tātū erat,quātū homines loquebātur:verū ex eo,quicq̃d erat, emer-
ſit,totūq; ſe eiecit,atq; extulit:tantūq; abeſt ab illius familiaritatis infamia, vt eiuſdē nūc ab
ſeſe inimicitias odiūq; propulſet. atq; vt iſte interpoſitus ſermo delitiarū,deſidięq; moreret,
fecit me mehercule inuito & multū repugnante,ſed tamē fecit, nomen amici mei de ambitu
detulit:quē abſolutū inſequitur,reuocat,nemini noſtrū obtēperat,eſt violentior q̃ vellē. Sed
Sapiētia nō cadit i adoleſcentiā.
ego.nō loquor de ſapientia,quæ nō cadit in hanc ætatē:de impetu animi loquor,de cupidita
te vincendi,de ardore mentis ad gloriam: quę ſtudia iam in his ætatibus noſtris cōtractiora
eſſe debeant:in adoleſcentia vero,tāq̃ in hęrbis ſignificant quæ virtutis maturitas,& quantę
fruges induſtriæ ſint futuræ.Etenim ſemper magno ingenio adoleſcentes refrenādi potius a
gloria,q̃ incitandi fuerūt.Amputanda plura ſunt illi ætati,ſi quidē effloreſcit ingenii laudi-
bus,q̃ inſerenda.Quare ſi cui nimiū efferbuiſſe videtur huius vel in ſuſcipiēdis,vel in geren
dis inimicitiis vis,ferocitas,pertinacia:ſi quem etiā minorū horū aliquid offendit: ſi purpu-
ræ genus,ſi amicorū cateruæ,ſi ſplendor,ſi nitor:iam iſta deſeruerit,iam ætas omnia,iam res,
iam dies mitigarit. Cōſeruate igitur Reip.Iud.ciuem bonarū artiū,bonarum partiū,bonorū
virorū.promitto hoc vobis,& Reip.ſpondeo,ſi modo nos ipſi Reip.ſatiſfecimus,nūq̃ hunc a
noſtris rationibus ſeiūctū fore.q̄d cū fretus noſtra familiaritatē promitto, tū q; duriſſimis ſe
ipſe legibus iam obligarit.Neq; eñ poteſt q̃ hominē conſularē,q; ab eo Rēp. violatā diceret,
in iudiciū vocarit,ipſe in Rep.ciuis eſſe turbulentus.Nō poteſt,qui ambitu ne abſolutū q̄dē
patitur eſſe abſolutū,ipſe impune vnq̃ eſſe largitor.Habet a M.Cęlio Reſp.Iud.duas accuſa-
Obteſtor oroq;.
tiones vel obſides periculi,vel pignora voluntatis.Quare obteſtor,oroq; vos Iudices,vt qua
in ciuitate paucis diebus his Sex.Clodius abſolutus ſit:quē per bienniū, aut miniſtrū ſeditio
nis,aut ducē vidiſtis:qui ædes ſacras,qui cenſum Populi Romani,qui memoriā publicā,ſuis
manibus incendit:hominē ſine re,ſine fide,ſine ſpe,ſine ſede,ſine fortunis, ore,lingua,manu,
vita omni inquinatū: qui Catuli monimētū afflixit,meā domū diruit,mei fratris incendit:q
in Palatio atq; in vrbis oculis ſeruitia ad cędem & inflammandā vrbē incitauit: in ea ciuita-
te ne patiamini illum abſolutū muliebri gratia,M.Cęliū libidini mulieris condonatū:ne eadē
mulier cū ſuo coniuge, & fratre,turpiſſimū latronem eripuiſſe, & honeſtiſſimū adoleſcētem
oppreſſiſſe videatur.Q; cū huius vobis adoleſcētiam propoſueritis,conſtituitote vobis ante
oculos huius etiā miſeri ſenectutē,qui hoc vnico filio nititur,in huius ſpe requieſcit,huius
vnius caſum pertimeſcit:quem vos ſupplicem veſtræ miſericordię,ſeruū poteſtatis,abiectum
non tam ad pedes,q̃ ad mores ſenſuſq; veſtros,vel recordatione parentum veſtrorum,vel li-
berorum iucunditate ſuſtentate,vt in alterius dolore vel pietati,vel indulgentiæ veſtrę ſer-
uiatis.Nolite Iudices,aut hūc natura ipſa occidētē velle maturius extingui vulnere veſtro,
q̃ ſuo fato:aut hūc nūc primū floreſcentē firmata iam ſtirpe virtutis,tāq̃ turbine aliquo aut
ſubita tempeſtate peruertere.Conſeruate parenti filium,parentem filio:ne aut ſenectutem p-
pe deſperatam contempſiſſe,aut adoleſcentiam plenam ſpei maximę, nō modo vos nō aluiſſe,
ſed etiam perculiſſe,atq; afflixiſſe videamini.Quem ſi vobis,ſi ſuis,ſi Reip.conſeruatis,addi-
ctum,deditū,obſtrictū vobis,ac liberis veſtris habebitis:omniūq; huius neruorum,ac laborū
vos potiſſimum Iud.fructus vberes,diuturnoſq; capietis.

## PRO L.CORNELIO BALBO. ORATIO.XXXVI.

SI AVCTORITATES Patronorum in iudiciis valerent,ab ampliſ-
ſimis viris L.Cornelii cauſa defenſa eſt:ſi vſus,a peritiſſimis:ſi inge-
nia,ab eloquentiſſimis: ſi ſtudia,ab amiciſſimis,& cum beneficiis cū
L.Cornelio,tum maxima familiaritate coniunctis.Quæ ſunt igitur
meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam vos in me eſſe voluiſtis:
vſus mediocris: ingenii minime voluntati paris.Nam cæteris,a q-
bus eſt defenſus,hunc debere plurimum video. ego quantum ei de
beam,alio loco oſtendā.Principio orationis hoc oppono,me omni-
bus qui amici fuerint ſaluti meæ,& dignitati,ſi minus ad referendā
gratiam ſatiſfacere potuerim,ad p̄dicandam & habendā certe ſatis

eſſe facturum. Quæ fuerit heſterno die Cn. Pompei grauitas in dicẽdo Iud. quæ facultas, quę
copia, non opinione tacita veſtrorum animorum, ſed ꝑſpicua admiratione declarari vide-
batur. Nihil enim vnq̃ audiui, qđ mihi de iure ſubtilius dici videretur: nihil de memoria,
de more, de exemplis acutius: nihil ꝑitius de fœderibus: nihil illuſtriore auctoritate, de bel
lis: nihil de Repub. grauius: nihil de ipſo modeſtius: nihil de cauſa & crimine ornatius. vt
mihi iam verũ videatur illud eſſe, qđ nõnulli literati ac ſtudiis doctriniſq; dediti quaſi quid-
dam incredibile dicere putabantur: eum qui omnes animo virtutes ꝑnitus cõphendiſſet,
omnia quæ facere vellet, facillime tractare. Quæ enim in L. Craſſo potuit homine nato ad di
cendi ſingularem quãdam facultatem, ſi hanc cauſam ageret, maior eſſe vbertas, varietas, co
pia, q̃ fuit in eo, qui tantũ potuit impertire huic ſtudio temporis, quãtũ ipſe a pueritia vſq;
ad hanc ętatẽ a cõtinuis bellis & victoriis cõquieuit? Quo mihi difficilior eſt hic extremus ꝑ
orandi locus. etenim ei ſuccedo orationi, quę nõ prætervecta ſit aures veſtras, ſed in animis
omniũ ꝑnitus inſederit: vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, q̃ non modo ex
mea, ſed ex cuiuſq̃ oratione capere poſſitis. Sed mos eſt gerẽdus nõ modo Cornelio, cuiꝰ ego
volũtati in eius ꝑiculo nullo modo deeſſe poſſum, ſed etiã Cn. Põpeio, qui ſui facti, ſui iudi
cii, ſui beneficii, voluit me eſſe, vt apud eoſdẽ vos Iudices nuꝑ in alia cauſa fuerim, & ꝓdica
torẽ, & auctorẽ. Ac mihi quidẽ hoc dignũ eo videt̃, hoc deberi huius excellẽtis viri ꝓſtãtiſ
ſimę glorię, hoc ꝓpriũ eſſe veſtri officii, hoc ſatis eſſe cauſæ, vt qđ feciſſe Cn. Põpeiũ conſtet,
id oẽs & licuiſſe concedãt. Nã verius nihil eſt, q̃ qđ heſterno die dixit ipſe ita L. Corneliũ de
fortunis omnibus dimicare, vt nullius in delicti crimen vocaret̃. Nõ eñ furatus eſſe ciuitatẽ,
non genus ſuũ ementitus, non aliquo impudenti mendacio delituiſſe, nõ irrepſiſſe in cẽſum
dicitur. vnũ obiicitur: natũ eſſe Gadibus: qđ negat nemo. cęterum accuſator fatetur, hunc in
Hiſpania duriſſimo bello cũ Q. Metello, cũ C. Memmio, & in claſſe, & in exercitu fuiſſe: & vt
Pompeius in Hiſpaniã venerit, Mẽmiũq; habere Quæſtorẽ cœperit, nũq̃ a Mẽmio diſceſſiſſe:
Carthaginẽ eſſe profectũ: acerrimis illis præliis, & maximis Sucronenſi & Durẽſi interfuiſſe:
cum Pompeio ad extremũ belli tẽpus fuiſſe. hæc ſunt prælia Cornelii, talis in Rempu. noſtrã
labor, aſſiduitas, dimicatio. virtus digna ſummo imperatore: ſpes pro ꝑiculis pręmiorũ. prę
mia quidẽ ipſa nõ ſunt in eius facto, qui adeptus eſt, ſed in eius, qui dedit. Donatus igitur eſt
ob eas cauſas a Cn. Põpeio ciuitate. id accuſator nõ negat: ſed rephẽdit, vt in Cornelio cauſa
ipſius probetur, pœna quęratur. in Põpeio cauſa lędatur, pœna ſit nulla. ſic famã, ſic innocen
tiſſimi hominis fortunas, ꝓſtantiſſimi imperatoris factũ cõdemnari volũt. ergo in iudiciũ ca
put Cornelii, factũ Põpeii vocatur. hũc eñ in ea ciuitate, in qua ſit natus, honeſtiſſimo loco
natũ eſſe concedis, & ab ineunte ætate relictis rebus ſuis oĩbus in noſtris bellis, noſtris cũ im-
ꝑatoribus eſſe verſatũ: nullius laboris, nullius obſeſſionis, nullius ꝓlii expertem fuiſſe. hæc
ſunt oĩa cũ plena laudis, tũ propria Cornelii, nec in his rebus crimen eſt vllum. Vbi igitur
eſt crimen? q; eũ Põpeius ciuitate donauit. huiuſce crimen? minime. niſi honos ignominia pu-
tanda eſt. cuius igitur? re vera nullius. actione accuſatoris, eius vnius, qui donauit. qui ſi ad
ductus gratia minus idoneũ hominẽ præmio affeciſſet: qui etiã ſi virũ bonũ, ſed nõ ita meri
tum: ſi deniq; aliquid qđ non cõtra ac liceret factũ diceretur, ſed contra atq; oporteret: tamẽ
eſſet omnis eius rephenſio a vobis Iudices repudianda. Nũc vero quid dicitur? quid ait accu
ſator feciſſe Pompeiũ? qđ ei facere nõ licuerit. qđ grauius eſt, q̃ ſi id factũ ab eo diceret, qđ nõ
oportuiſſet. Eſt eñ aliqd, qđ nõ oporteat, etiã ſi licet: quicqd vero nõ licet, certe nõ oportet.
Hic ego nunc coner ſic agere Iudices: nõ eſſe fas dubitari, quin qđ Cn. Põpeiũ feciſſe cõſtitit,
id non ſolũ decuiſſe, ſed etiã debuiſſe fateamur. Quid eñ abeſt huic homini, qđ ſi adeſſet, iu-
re hoc tribui & cõcedi putaremꝰ? vſus ne rerũ? qui pueritię tẽpus extremũ, principiũ habuit
belloꝝ atq; imperioꝝ maximoꝝ: cuius pleriq; æquales minus ſæpe caſtra viderũt, q̃ hic triũ
phauit: qui tot habet triumphos, quot orę ſunt parteſq; terrarũ: tot victorias bellicas, quot
ſunt in rerum natura genera bellorũ. An ingeniũ? cum etiã ipſe caſus euentuſq; rerũ, non du
ces, ſed comites eius cõſiliorũ fuerĩt: in quo vno ita ſumma fortuna cũ ſumma virtute certa
uit, vt omniũ iudicio pluſq̃ decet, tribueret̃. An pudor? an integritas? an religio in eo? an dili
gẽtia vnq̃ requiſita eſt? quẽ prouinciæ noſtræ, quẽ liberi populi, quẽ reges, quẽ exterę gẽtes,
caſtiorẽ, moderatiorẽ, ſanctiorẽ, nõ modo viderũt, ſed aut ſperando vnq̃, aut optando cogita
uerũt? Quid dicã de auctoritate? quæ tanta eſt, quãta in his tantis virtutibus ac laudibus eſſe
debet. cui S.P.Q.R. ampliſſimę dignitatis præmia dedit nõ poſtulãti imperia, verum etiam

Sapiẽs oĩa facere poteſt.

Oportet. Licet.

Caſus & euẽtus nõ duces ſed comites cõſilioꝝ Põp.

recuſanti.Huius de facto ita quęri,vt agatur,licuerit ne id facere,qđ fecit,an vero nō dicam
nō licuerit,ſed nefas fuerit:cōtra fœdus em̄,ideſt contra Populi Romani religionē & fidē fe-
Audiui de parente. ciſſe dicitur:nō turpe Populo Romano?nōne vobis eſt?Audiui hoc de parente meo puer, cū
Q.Metellus L.F.cauſam de pecuniis repetundis diceret,ille ille vir, cui patrię ſalus dulcior q̃
conſpectus fuit,q de ciuitate decedere q̃ de ſentētia maluit: hoc igiť cauſam dicēte, cū ipſius
Memorabile exēplū. tabulæ circūferrentur inſpiciendi nominis cauſa,fuiſſe iudicē ex illis Equitibus Romanis gra
uiſſimis viris neminē,quin remoueret oculos,& ſe totū auerteret, ne forte qđ ille in tabulas
publicas retuliſſet, dubitaſſe quiſq̃ verū ne an falſum eſſet,videreť. nos Cn.Pōpeii decretum
iudiciū de cōſilii ſentētia pronūciatū recognoſcemus?cū legibus cōferemus? cum fœderibus,
quoꝝ acerbiſſima diligētia eſt,ꝑtēdemus?Athenis aiūt,cū quidā apud eos qui ſancte graui-
Athenieñ. grauitas. terq; vixiſſet, & teſtimoniū dixiſſet publice,&(vt mos Græcoꝝ eſt) iurandi cauſa ad aras ac
cederet, vna voce oēs iudices ne is iuraret,reclamaſſe.cū Græci homines ſpectati viri nolue-
rint religione videri potius q̃ veritate fidē eſſe conſtrictā,nos etiā in ipſa religione & legū &
fœderū conſeruanda qualis fuerit Cn.Pōpeius dubitabimus? vtrū em̄ inſcientē vultis cōtra
fœdera feciſſe,an ſcientē?ſi ſcientē:O nomen noſtri imperii:O populi Romani excellēs digni-
tas:O Cn.Pōpeii ſic late longeq; diffuſa laus, vt eius gloriæ domiciliū cōmunis imperii fini-
bus termineť:O nationes,vrbes,populi,Tetrarchę,Tyranni,teſtes Cn. Pōpeii nō ſolū virtu-
Sola terrarum. tis in bello,ſed etiā religionis in pace:vos deniq; mutę regiones imploro,& ſola terrarū vlti-
marū: vos maria,portus,inſulæ,littora. quæ eſt enim ora?quæ ſedes? qui locus? in quo non
extent huius cū fortitudinis,tū vero humanitatis, tū animi,tū cōſilii impſſa veſtigia? Hunc
quiſq̃ incredibili quadā atq; inaudita grauitate,virtute,cōſtantia præditū fœdera ſcientē ne
glexiſſe,violaſſe,rupiſſe,dicere audebit?Gratificatur mihi geſtu accuſator, neſcientē Cn.Pō-
peiū feciſſe ſignificat. quaſi vero leuius ſit cū in tāta Rep.verſere,& maximis negotiis pręſis,
facere aliquid,qđ ſcias nō licere,an omnino neſcire quid liceat. Etenim cū in Hiſpania bellū
acerrimū & maximū geſſerat,quo iure Gaditana ciuitas eſſet,neſciebat? An cuius linguā po
puli nō noſſet,interp̄tationē fœderis nō tenebat? Igitur quiſq̃ Cn. Pompeiū ignoraſſe dicere
Librarioli. audebit,qđ mediocres homines,qđ nullo vſu,nullo ſtudio militari præditi, qđ librarioli de-
niq; ſcire profiteātur? equidē contra exiſtimo Iudices,cū in omni genere, ac varietate artiū,
etiā illarū quæ ſine ſummo otio nō facile diſcuntur,Cn.Pōpeius excellat,ſingularē quandam
Præſtabilis laus. laudem,& p̄ſtabilē eſſe,ſcientiā in fœderibus,pactionibus,conditionibus,populoꝝ,regū,exte
rarū nationū,in vniuerſo deniq; belli iure,atq; pacis. niſi forte ea q̃ nos libri docēt in vmbra,
& otio,ea Cn.Pompeiū,neq; cū requieſceret,literæ,neq; cū rem gereret,res ipſę docere potu
⁎ erunt.Atq; vt ego ſentio Iud.cauſa dicta eſt tēporis magis. ego nō huius inquā genere iudi
Labes ſeculi Cic. cii plura dicā. eſt enim huius ſeculi labes quædā,& macula,virtuti inuidere,velle ipſum flo-
rem dignitatis infringere.etenim ſi Cn. Pōpeius abhinc annos quingētos fuiſſet:is vir a quo
ſenatus adoleſcentulo atq; Equite Romano ſæpe cōmunis ſalutis auxilium expetiſſet: cuius
res geſtę oēs gentes cū clariſſima victoria terra mariq; ꝑagraſſent:cuius tres triūphi teſtes
eſſent,totū orbē terrarū noſtro imperio teneri:quē Populus Romanus ſingularibus honori-
bus decoraſſet:ſi nūc apud vos,id qđ is feciſſet,contra fœdus factum diceretur,quis audiret?
nemo profecto.Mors em̄ cū extinxiſſet inuidiā,res eius geſtę ſempiterni nominis gloria nite
rentur.Cuius igiť audita virtus dubitationis locū nō daret,huius p̄ſens experta atq; ꝑſpe-
cta obtrectatoꝝ voce lędetur?Omittā igiť Pompeiū iam oratione mea reliqua. ſed vos Iudi-
ces animis ac memoria tenetote. de lege,de fœdere,de exēplis, de ꝑꝑtua cōſuetudine ciuita
tis noſtrę,renouabo ea,quę dicta ſunt:nihil em̄ mihi noui,nihil integri,neq; M.Craſſus,q to
tam cauſam pro facultate & pro fide ſua diligentiſſime vobis explicauit:neq; Cn.Pōpeius,cu
ius oratio oībus ornamētis abūdauit,ad dicendū reliquit.Sed quoniam me recuſante placuit
ambobus adhiberi hūc a me quaſi ꝑpoliendi quēdā operis extremū laborē, ꝑto a vobis,vt
me officii potius q̃ dicēdi ſtudio hanc ſuſcepiſſe operā ac munus putetis. Ac prius q̃ aggre-
diar ad ius cauſamq; Cornelii,quiddā de cōmuni cōditione omniū noſtrū deprecādę maleuo
lentiæ cauſa breuiter cōmemorandū videtur. Si quo quiſq; loco noſtrū eſt Iudices natus,
aut ſi in qua fortuna eſt naſcēdi initio cōſtitutus,hūc vitę ſtatū vſq; ad ſenectutē obtinere de
bet:& ſi oēs,quos aut fortuna extulit,aut ipſoꝝ illuſtrauit labor & induſtria,pœna ſunt affi
ciēdi:nō grauior L.Cornelio,q̃ multis viris bonis atq; fortibus cōſtitui lex vitę & cōditio vi-
deť.Sin aūt multoꝝ virtus,ingeniū,humanitas ex infimo genere & fortunę gradu nō modo

amicitias & rei familiaris copias cōſecuta eſt,ſed ſummā laudē,honores,gloriā,dignitatem:
non intelligo cur potius inuidia violatur a virtute L.Cornelii,q̄ ęqtas veſtra pudorē eiꝰ ad-
iutura videat.Itaq; qd̄ maxime ꝑtendū eſt,a vobis idcirco non ꝑto Iudices,ne de veſtra ſa-
pientia,atq; de veſtra humanitate dubitare videar.Eſt aūt hoc ꝑtendū,ne oderitis ingeniū,
ne inimici ſitis induſtrię,ne humanitatē opprimendā,ne virtutē puniendā putetis.Illud pe-
to,vt ſi cauſam ipſam ꝑ ſe firmā eſſe & ſtabilē videritis:hoīs ipſius ornamēta adiumēto cau-
ſę potius,q̄ impedimento eſſe malitis.Naſcit̄ Iudices cauſa Cornelii ex ea lege,quā L.Gellius
Cn.Cornelius ex ſenatus ſentētia tulerūt. qua lege videamus ſatis eſſe ſancti vti ciues Roma
ni ſint ii,quos Cn.Pōpeius de conſilii ſentētia ſigillatim ciuitate donauerit.Donatum eſſe L.
Corneliū pręſens Pōpeius dicit,indicant publicę tabulę,accuſator fatet̄,ſed negat ex fœdera
to populo quenq̄ potuiſſe,niſi is populus fundus factus eſſet,in hāc ciuitatē venire.O pręcla
rū interpretē iuris,auctorē antiquitatis,correctorē atq; emendatorē noſtræ ciuitatis, q hanc
pœnam fœderibus aſcribat,vt oīm præmiorū,beneficiorūq; noſtrorū expertes faciat fœdera-
tos.Quid eīm potuit dici imꝑitius?q̄ fœderatos populos fieri fundos oportere?nā id nō ma
gis eſt propriū fœderatorum, q̄ oīm liberorū.ſed totū hoc Iudices in ea fuit poſitū ſemꝑ ra-
tione atq; ſentētia:vt cū iuſſiſſet Prætor aliqd,ſi id adſciuiſſent ſocii populi ac Latini:& ſi ea Populus
lex quā nos haberemus,eadē in populo aliquo tanq̄ in fundo reſediſſet: vt tū lege eadē is po fundus qui
pulus teneret̄:non vt de noſtro iure aliqd minueretur,ſed vt illi populi aut iure eo, qd̄ a no fiat.
bis eſſet conſtitutū,aut aliquo cōmodo,aut beneficio vterent̄.Tulit apud maiores noſtros le
gē C.Furius de teſtamētis:tulit Q.Voconius de mulierū hęreditatibus: innumerabiles aliæ
leges de ciuili iure ſunt latę: quas Latini voluerūt,adſciuerunt.ipſa deniq; Iulia, qua lege ci-
uitas eſt ſociis & Latinis data,q fundi populi facti non eſſent, ciuitatē nō haberēt.in quo ma
gna cōtentio Heracligenſiū & Neapolitanorū fuit,cū magna pars in iis ciuitatibus iuris ſui li
bertatē ciuitati anteferret.Poſtremo hęc vis eſt iſtius & iuris,& verbi,vt fundi populi benefi
cio noſtro,nō ſuo iure fiāt.cū aliqd populus Romanus iuſſit,id ſi eſt eiuſmodi,vt qbuſdā po
pulis ſiue fœderatis,ſiue liberis ꝑmittendū eſſe videatur,vt ſtatuāt ipſi, nō de noſtris, ſed de
ſuis rebus,quo iure vti velint:tū vtrū fundi facti ſint,an non,quęrendū eſſe videatur.de no-
ſtra vero rep.de noſtro impio,de noſtris bellis,de victoria,de ſalute,fundos populos fieri no
luerūt.Atq ſi imꝑatoribꝰ noſtris,ſi ſenatui,ſi populo Ro.nō licebit ꝓpoſitis p̄miis elicere ex
ciuitatibus ſociorū,atq; amicorū fortiſſimū,atq; optimū quēq; ad ſubeunda ꝓ ſalute noſtra
ꝑicula:ſumma vtilitate, ac maximo ſępe p̄ſidio in ꝑiculis atq; aſꝑis tēporibꝰ carēdū erit.
Sed ꝑ deos īmortales,quę eſt iſta ſocietas?quę amicitia?qd̄ fœdus?vt aut noſtra ciuitas care-
at in ſuis periculis Maſſilienſi ꝓpugnatore,careat Gaditano,careat Saguntino:aut ſi qs ex il
lis populis ſit exortus,q noſtros duces auxilio laboris,cōmeatus,ꝑiculo ſuo iuuerit,q cum
hoſte noſtro cōminus in acie ſępe pugnarit,q ſe ſępe telis hoſtiū,q dimicationi capitis,q mor
ti obiecerit,nulla cōditione huius ciuitatis p̄miis affici poſſit.Eſt eīm in populum Ro.graue Graue in
non poſſe vti ſociis excellēti virtute præditis,qui velint cum ꝑiculis noſtris ſua cōmunica populum.
re.in ſocios vero ipſos,& in eos de qbus agimus fœderatos,iniurioſum & cōtumelioſum eſt,
his p̄miis & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos & coniūctiſſimos ſocios,quæ pateāt ſti-
pendiariis,pateant hoſtibus,pateāt ſeruis.Nā & ſtipēdiarios ex Aphrica,Sicilia,Sardinia,cæ
teris ꝓuinciis multos ciuitate donatos videmus:& q hoſtes ad noſtros imꝑatores ꝑfugiſ
ſent,& magno vſui Reip.noſtrę fuiſſent,ſcimus ciuitate eſſe donatos.Seruos deniq;,quorum
vis & fortunę cōditio infima eſt,bene de Rep. meritos p̄ſæpe libertate, ideſt ciuitate publice
donari videbamus.Hāc tu igit̄ patrone fœderū,ac fœderatorū cōditionē ſtatuis tuis ciuibꝰ,
vt qd̄ his,quos Gaditanis adiutoribꝰ armis ſubegimus,atq; in ditionē noſtrā redegimus,li-
ceat,ſi populus Ro.ꝑmiſerit,vt ab ſenatu,ab imperatoribus noſtris,ciuitate donent̄:id ne li-
ceat ipſis.q ſi ſuis decretis legibuſve ſanxiſſent,ne qs ſuorū ciuiū caſtra imꝑatorum populi
Ro.iniret:ne qs ſe ꝓ noſtro īꝑio in ꝑiculū capitis,atq; in vitę diſcrimē inferret:Gaditano
rū auxiliis vti,cū vellemꝰ,nō liceret:priuatꝰ vero ne qs vir & aīo,& virtute p̄cellēs ꝓ nr̄o im
ꝑio ꝑiculo ſuo dimicaret: grauiter id iure ferremꝰ,minui auxilia populi Ro.debilitari aīos
fortiſſimorū viroꝝ,alienigenarū nos hoīm ſtudiis atq; externa virtute priuari. Atq nihil in
tereſt Iud.vtrū hęc fœderati iura cōſtituāt,vt ne cui liceat ex his ciuitatibꝰ ad noſtroꝝ bello
rū ꝑicula accedere:an q̄ nos eorū ciuibꝰ virtutis cauſa tribuerimꝰ,ea rata eē nō poſſint.Ni-
hil.n.magis vteremur his adiutoribꝰ,ſublatis p̄miis virtutis,q̄ ſi oīno his verſari in nr̄is bel

liſ nõ liceret. Etẽ cũ pro ſua patria pauci poſt genus hoĩm natũ reꝑti ſint, q nullis ꝑmiis
propoſitis vitã ſuã hoſtiũ telis obiecerint:pro aliena republica quenq̄ fore putatis,q ſe oppo
nat periculis,nõ modo nullo ꝓpoſito pręmio,ſed etiã interdicto? Sed q̄ eſt illud ĩꝑitiſſi=
me dictũ de populis fundis,qđ cõmune liberorũ eſt populorũ, nõ ꝓpriũ fœderatorũ. ex quo
intelligi neceſſe eſt,aut nemĩnẽ ex ſociis ciuẽ fieri poſſe,aut etiã poſſe ex fœderatis. Tũ vero
ius omne noſter iſte magiſter mutãdę ciuitatis ignorat.qđ eſt Iudices nõ ſolũ in legibꝰ publi
cis poſitũ,ſed etiã in priuatorũ voluntate. iure eẽ noſtro, neq; mutare ciuitatẽ qſq̄ inuitus
poteſt:neq; ſi velit,mutare nõ poteſt,modo adſciſcat ab ea ciuitate,cuius eſſe ſe ciuitatis ve
lit:vt ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano,vt ſit is ciuis Gaditanus,ma
gna poteſtas ſit noſtro ciui mutãdę ciuitatis,nec fœdere impediat, quo minꝰ ex ciue Roma
no ciuis Gaditanus poſſit eſſe.Duarũ ciuitatũ ciuis noſter eſſe iure ciuili nemo poteſt.nõ eẽ
huius ciuitatis ciuis,q ſe alii ciuitati dicarit,poteſt.Neq; ſolũ dicatione,qđ in calamitate cla
riſſimis viris Q.Maximo,C.Lenati,Q.Philippo Nucerię,C.Catoni Tarracone,Q.Cepioni,
P.Rutilio Smyrnę vidimus accidiſſe,vt earũ ciuitatũ fierẽt ciues:hãc ante amittere non po
tuiſſent,q̄ huius ſolũ ciuitatis mutatione vertiſſent: ſed etiã poſtliminio põt ciuitatis fieri
mutatio.Neq; eẽ ſine cauſa de Cn.Publicio Menãdro libertino hoĩe,quẽ apud maiores lega
ti noſtri in Gręciã proficiſcentes interpretẽ ſecũ habere voluerũt, ad populũ latũ, vt is Pu=
blicius ſi domũ reuertiſſet,& ĩde Romã rediſſet,ne minus ciuis eſſet.Multi etiã ſuꝑiori me
moria ciues Romani ſua volũtate indẽnati,& incolumes,his rebus relictis,alias ſe in ciuita=
tes cõtulerũt. Q; ſi ciui Romano licet eẽ Gaditanũ ſiue exilio,ſiue poſtliminio,ſiue reiectiõe
huiꝰ ciuitatis,vt iã ad fœdus veniã,qđ ad cauſam nihil ꝑtinet,(de ciuitatis.n.iure nõ de fœ
deribꝰ diſceptamꝰ)qd eſt,quãobrẽ ciui Gaditano in hãc ciuitatẽ venire nõ liceat?Eqdẽ lõge
ſecus ſentio.Nã cũ ex oĩbꝰ ciuitatibꝰ via ſit in noſtrã:cũq; noſtris ciuibꝰ pateat iter ad cęte=
ras ciuitates:tũ vero vt quęq; nobiſcũ maxime ſocietate,amicitia,ſpõſione,pactione,fœdere
cõiũcta eſt:ita mihi maxime cõmunionẽ bñficioꝝ,ꝑmioꝝ,ciuitatis,cõtinere videt. Atq cęte=
rę ciuitates oẽs nõ dubitarẽt noſtros recipe in ſuas ciuitates,ſi idẽ nos iuris haberemꝰ,qđ cę
teri.ſed nos nõ poſſumus & huius eſſe ciuitatis,& cuiuſuis ꝑterea. cęteris cõceſſum eſt.Itaq;
in Gręcis ciuitatibꝰ videmus,Athenis Rhodios,Lacedęmonios,cęteros vndiq; aſcribi,mul=
tarũq; eſſe eoſdẽ hoĩes ciuitatũ. Quo errore ductos vidi egomet nõnullos ĩꝑitos hoĩes no
ſtros ciues,Athenis in numero iudicũ,atq; Areopagitarũ,certa tribu,certo numero,cũ igno
rarẽt, ſi illã ciuitatẽ eſſent adepti,hãc ſe ꝑdidiſſe,niſi poſtliminio recuꝑaſſent.Peritus vero
noſtri iuris,ac moris nemo vnq̄ qui hãc ciuitatẽ retinere vellet,in aliã ciuitatẽ ſe dicauit.Sed
hic totꝰ locus diſputatiõis,atq; orationis meę Iudices ꝑtinet ad cõmune ius mutandarũ ciui
tatũ:nihil habet,qđ ſit ꝓpriũ religionis,ac fœderũ.Defendo eẽ rẽ vniuerſam:nullã eſſe gẽtẽ
ex oĩ regno terrarũ,neq; tã diſſidentẽ a populo Ro.odio quodã atq; diſſidio,neq; tã fide be
neuolẽtiaq; cõiũctã:ex qua nobis interdictũ ſit,vt ne adſciſcere ciuẽ,aut ciuitate donare poſſi
mus.O mira,ꝑclara,atq; diuinitꝰ iã a prĩcipio Romani noĩs a maioribꝰ noſtris ratio cõpara=
ta,ne qs noſtrũ plusq̄ vniꝰ ciuitatis eſſe poſſit. diſſimilitudo eẽ ciuitatũ varietatẽ iuris ha=
beat,neceſſe eſt.ne qs inuitꝰ ciuitate mutet,neve in ciuitate maneat inuitꝰ.Hęc ſunt eẽ fun
damenta firmiſſima noſtræ libertatis,ſui quęq; iuris & dimittẽdi,& retinẽdi eſſe dominũ. Il=
lud vero ſine vlla dubitatione maxĩe noſtrũ fundauit ĩperiũ,& populi Ro.nomẽ auxit,ꝙ prĩ
ceps ille creator huiꝰ vrbis Romulus fœdere Sabino docuit,etiam hoſtibꝰ recipiẽdis augeri
hãc ciuitatẽ oportere.cuiꝰ auctoritate & exẽplo nunq̄ eſt intermiſſa a maioribꝰ nr̃is largitio,
& cõmunicatio ciuitatis.Itaq; & ex Latio multi & Tuſculani & Lanuuini,& ex cęteris gñibꝰ
gẽtes vniuerſę in ciuitatẽ ſunt receptę,vt Sabinorũ,Volſcorũ,Hernicorũ:qbꝰ ex ciuitatibus
nec coacti eſſent ciuitatẽ mutare,ſi q noluiſſent:nec ſi q eſſent ciuitatẽ noſtrã bñficio populi
Ro.cõſecuti,violatũ fœdus eoꝝ videret.Etẽ qdã fœdera extãt,vt Germanoꝝ,Inſubrium,
Heluetiorũ,Iapidũ,nõnullorũ itẽ ex Gallia barbarorũ:quorũ in fœderibꝰ exceptũ eſt,ne qs a
nobis ciuis recipiat. qđ ſi exceptio facit, ne liceat,ibi neceſſe eſt licere. Vbi eſt igit exceptum
fœdere Gaditano,ne quẽ P.Romanꝰ Gaditanũ recipiat ciuitate?nuſq̄.ac ſicubi eẽt,lex id Gel
lia & Cornelia,q̄ definite poteſtatẽ Põpeio ciuitatẽ donãdi dederat,ſuſtuliſſet.Exceptũ eſt in
qt:fœdus ſiqdẽ ſacroſanctũ eſt.ignoſco tibi, ſi neq; Pœnorũ iura calles: reliqueras.n.ciuitatẽ
tuã:neq; noſtras potuiſti leges inſpicere:ipſę.n.te a cognitiõe ſua iudicio publico repulerũt.
Quid fuit in rogatione ea q̄ de Põpeio a Gellio,& a Lẽtulo CONSS. lata eſt,in qua aliqd ſa=

Duarũ ciuitatum ciuis Ro. eſſe nemo põt.

Ciuitatis mutãdę rationes duę Solũ vertere. Poſtliminiũ.

Areopagitæ.

Creator vrbis Romulus.

croſanctũ videret? Primũ em̃ ſacroſanctũ nihil eſſe põt,niſi qđ populus plebsve ſanxiſſet.De- Sacroſan-
inde ſanctiones ſacrãdę ſunt,aut genere ipſo,aut obteſtatione,& cõſecratione legis,aut pœ- ctum.
nę,cũ caput eius q̃ cõtra facit,cõſecrat̃.Quid habes igit̃ dicere de Gaditano fœdere eiuſmo- Sanctiones
di?vtrũ a capitis cõſecratione,an obteſtatione legis ſacroſanctũ eſſe cõfirmas?Nihil omnino
vnq̃ de iſto fœdere ad populũ,nihil ad plebẽ latũ eſſe dico:neq; legẽ,neq; pœnã latã eſſe.de q
bus etiã ſi latũ eſſet,ne quẽ ciuẽ reciperemus,tamen id eſſet,qđ populus poſtea iuſſiſſet,ratũ.
neq; quicq̃ illis verbis ſi qd ſacroſanctũ eſſet, eſſe exceptũ videret̃. De his cũ populus Ro.ni-
hil vnq̃ iuſſerit,qcq̃ audes dicere ſacroſanctũ fuiſſe? Nec vero hæc oratio mea ad infirmãdũ
fœdus Gaditanorũ Iud.ꝑtinet.neq; em̃ eſt meũ contra ius optime meritę ciuitatis,cõtra opi
nionẽ vetuſtatis,cõtra auctoritatẽ ſenatus dicere.Duris em̃ quondã tẽporibus Reipu.noſtrę
cũ prępotẽs terra mariq; Carthago nixa duabꝰ Hiſpaniis huic ĩperio ĩmineret:& cũ duo ful Duo fulmi
mina noſtri imperii ſubito in Hiſpania Cn.& P.Scipiones extincti occidiſſent:L.Martius pri- na belli Sci
mipili Cẽturio cũ Gaditanis fœdus iciſſe dicit̃.Qđ cum magis fide illius populi,iuſtitia ve- piadę.
ſtra,vetuſtate deniq; ipſa,q̃ aliquo publico vinculo religionis teneret̃,ſapiẽtes hoĩes,& publi Icere fœ-
ci iuris periti Gaditani M.Lepido,Q.Catulo CONSS.a ſenatu de fœdere poſtulauerũt.tum dus.
eſt cũ Gaditanis fœdus vel renouatũ,vel ictũ.de quo fœdere populus Ro.ſentẽtiã nõ tulit,q
iniuſſu ſuo nullo pacto põt religione obligari. Ita Gaditana ciuitas, qđ beneficiis ſuis erga
Rẽp.noſtrã conſeq potuit,qđ imperatorũ teſtimoniis,qđ vetuſtate,qđ Q.Catuli ſummi viri
auctoritate,qđ iudicio ſenatus,qđ fœdere,conſecuta eſt.qđ publica religione ſanciri potuit,
id abeſt.populus em̃ ſe nuſq̃ obligauit.Neq; ideo eſt Gaditanorũ cauſa deterior.grauiſſimis
em̃ & pluribꝰ rebus eſt fulta.ſed iſti diſputatiõi certe nihil eſt loci. Sacroſanctũ em̃ nihil põt
eſſe,niſi qđ ꝑ populũ plebẽve ſancitũ eſt.Q; ſi hoc fœdus,qđ populus Ro.auctore ſenatu, cõ
mendatione & iudicio vetuſtatis,volũtate,& ſentẽtiis ſuis cõprobat,idẽ ſuffragiis cõprobaſ
ſet:qd erat cur ex ipſo fœdere Gaditanũ in ciuitatẽ noſtrã recipi nõ liceret?Nihil eſt.n.aliud
in fœdere,niſi vt pia & ęterna pax ſit.qd id ad ciuitatẽ? Adiũctũ illud etiã eſt,qđ nõ eſt ĩ omĩ
bus fœderibus:maieſtatẽ populi Ro.comiter cõſeruẽt.Id habet hãc vim, vt ſit ille in fœdere
inferior.Primũ verbi genus hoc cõſeruandi, quo magis in legibꝰ q̃ in fœderibꝰ vti ſolemus, Cõſeruatẽ
imꝑãtis eſt,nõ p̃cantis.Deinde cũ alterius populi maieſtas ſeruari iubet̃,de altero ſilet̃,cer-
te ille populus in ſuperiori cõditione cauſaq; ponit̃,cuius maieſtas fœderis ſanctione defen-
ditur.In quo erat accuſatoris ĩterpretatio indigna reſpõſione,q ita dicebat:comiter eſſe com
muniter:quaſi vero priſcũ aliquod,aut inſolitũ verbũ interpretaret̃.Comes, benigni, faciles Comes qui
ſuaues,hoĩes eſſe dicunt̃,q erranti comiter mõſtrãt viã,benigne,nõ grauate.comiter qdẽ cer ſint.
te nõ cõmuniter cõuenit.& ſimul abſurda res eſt,caueri fœdere,vt maieſtatẽ populi Ro.cõ-
muniter cõſeruẽt,ideſt vt populus Romanꝰ ſuã maieſtatẽ eẽ ſaluã velit. Qđ ſi iã ita eſſet,vt
eſſe non poteſt,tamẽ de noſtra maieſtate,nihil de illoꝝ caueret̃.Poteſt ne igit̃ noſtra maieſtas
Gaditanis benigne cõſeruari,ſi ad eã retinẽdã Gaditanos p̃miis elicere non poſſumus?Poteſt
eſſe vlla deniq; maieſtas,ſi impedimur,quo minus ꝑ populũ Ro.beneficiorũ virtutis cauſa tri
buendorũ poteſtatẽ imperatoribus noſtris deferamus?Sed qd ego diſputo,quę mihi tũ ſi Ga
ditani cõtra me dicerẽt,vere poſſe dici viderent̃?Illis em̃ repetentibus L.Corneliũ,reſponderẽ
legẽ populũ Ro.iuſſiſſe de ciuitate tribuẽda:hoc gñe legũ fũdos populos fieri nõ ſolere:Cn.
Põpeiũ de conſilii ſententia ciuitatẽ huic dediſſe:nullũ populi noſtri iuſſum Gaditanos habe
re.itaq; nihil eſſe ſacroſanctũ,qđ lege exceptũ videret̃.ſi eſſet,tamẽ in fœdere nihil eſſe cautũ
pręter pacẽ.Additũ etiã eſſe illud,vt maieſtatẽ illi noſtrã ſeruare deberẽt.quę certe minuere-
tur,ſi aut adiutoribus illorũ ciuibus vti in bellis nobis nõ liceret,aut pręmii tribuẽdi pote-
ſtatẽ nullã haberemus.Nũc vero qd ego cõtra Gaditanos loquar?cũ id qđ defendo,volũtate
eorũ,auctoritate,legatione ipſa cõprobet̃?qui a principio ſui generis,ac reip. ab omni ſtudio
ſenſuq; Pœnorũ mentes ſuas ad noſtrũ imperiũ nomẽq; flexerũt. qui, cũ maxima bella nobis
inferrentur,mœnibus excluſerunt:claſſibus inſecuti ſunt:corporibus,copiis, opibus depule
runt:qui & veterem illã ſpeciem fœderis Martiani,ſemper omni ſanctiorem Marte duxerũt:
& hoc fœdere Catuli ſenatuſq; auctoritate ſe nobiſcum coniunctiſſimos eſſe arbitrati ſunt.
quorum mœnia, delubra,agros,vt ipſe Hercules itinerum ac laborum ſuorum, ſic maiores Herculis
noſtri imperii ac nominis populi Ro.terminos eſſe voluerũt.Teſtant̃ & mortuos noſtros im metę.
ꝑatores,quoꝝ viuit ĩmortalis memoria & gloria,Scipiones,Brutos,Horatios,Caſſios,Me
tellos,& hũc pręſentẽ Cn.Põpeiũ:quẽ ꝓcul ab eorũ mœnibus acre,& magnũ bellũ gerentem

cōmeatu ƥcuniaq; iuuerūt.& hoc tēpore ipſo populū Ro. quē in caritate Annonæ,vt ſæpe
ante fecerant,frumēto ſuppeditato leuauerūt:ſe hoc ius eſſe velle,vt ſibi & liberis, ſi qui exi
mia virtute fuerint,ſiue in noſtris caſtris,ſiue in imperatorū pretoriis,ſiue deniq; inter ſigna
atq; in acie,locus ſit:his gradibꝰ aſcenſus etiā ad ciuitatē.Qꝛ ſi Aphris,ſi Sardis,ſi Hiſpanis
agris ſtipendioq; mulctatis virtute adipiſci licet ciuitatē:Gaditanis aūt officiis,vetuſtate,fi
de,periculis,fœdere,cōiūctis hoc idē nō licebit,nō fœdus ſibi nobiſcū, ſed iniquiſſimas leges
impoſitas a nobis eſſe arbitrabunt.Atq; hāc Iud.nō a me fingi orationē,ſed me dicere,q̄ Ga
ditani iudicarint,res ipſa declarat.hoſpitiū multis annis ante hoc tēpus,cū L.Cornelio Ga
ditanos feciſſe publice dico,ƥferā teſtes,ƥferā legatos,excitabo laudatores. ad hoc iudicium
ſummos hoīes,ac nobiliſſimos depcatores huius periculi miſſos videtis. re deniq; multo an
te Gadibus iā audita,fore huic vt ab illo periculū crearet,grauiſſima tū in iſtū ciuē ſuū Ga

†ſenatuſcō ſulta fec.

ditani †ſenatus cōuitia fecerūt.Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, (qm̄ hoc ma
gnopere delectare verbo) ſi tū fit fundus,cū ſcita, ac iuſſa noſtra ſua ſentētia cōprobat: q̄ cū

Fundus qn̄ populus fiat.

hoſpitiū fecit?vt & ciuitate illū mutatū eſſe fateret,& ius ciuitatis honorē digniſſimū iudi
caret.potuit certius interponere iudiciū volūtatis ſuę,q̄ cum etiā accuſatorē huius mulcta
& pœna mulctauit?potuit magis de re iudicare,q̄ cū ad veſtrū iudicium ciuis ampliſſimos le

Interponere iudiciū.

gauit teſtis huius iuris,vitę laudatores,periculi depcatores? Etem̄ qs eſt tā demens,qn ſen
tiat ius hoc Gaditanis eſſe retinēdū?ne interſeptū ſit his iter ppetuū ad hoc ampliſſimū præ
miū ciuitatis:& magnopere his eſſe lętandū,huius L.Cornelii beneuolētiā erga ſuos remane
re Gadibus,gratiā & facultatē cōmēdandi in hac ciuitate verſari?Quis em̄ noſtrū eſt,cui nō
illa ciuitas ſit huius ſtudio,cura,diligētia,cōmēdatior? Omitto quātis ornamētis populum
iſtū C.Cęſar,cū eſſet in Hiſpania Pretor,affecerit,cōtrouerſias ſedarit, iura ipſorū permiſſu
ſtatuerit,inueteratā quondā barbariā ex Gaditanorū moribus diſciplinaq; delerit,ſumma in
eā ciuitatē huius rogatu ſtudia & beneficia contulerit.multa prætereo,quę quotidie labore
huius & ſtudio,aut oīno,aut certe facilius cōſequant. Itaq; & adſunt principes ciuitatis, &
defendūt,amore vt ſuū ciuē,teſtimonio vt noſtrū,officio vt nobiliſſimū,& ſanctiſſimū hoſpi
tē,ſtudio vt diligētiſſimū defenſorē cōmodorū ſuoꝝ.Ac ne ipſi Gaditani arbitrent,q̄q̄ nullo
incōmodo afficiant,ſi liceat horū ciues virtutis cauſa in noſtrā ciuitatem venire,tamen hoc
ipſo inferius eſſe ſuum fœdus q̄ cæterorū: cōſolabor & hos pſentes viros optimos,& illā fi
deliſſimā atq; amiciſſimā nobis ciuitatē:ſimul & vos nō ignorātis Iud.admonebo: quo de iu
re hoc iudiciū cōſtitutū ſit,de eo nunq̄ oīno eſſe dubitatū. Quos igit prudētiſſimos interp
tes fœderū, quos peritiſſimos bellici iuris,quos diligētiſſimos in exqrēdis cōditionibꝰ ciuita
tū atq; cauſis eſſe arbitramur?eos ƥfecto q iā imperia ac bella geſſerūt.Etem̄ ſi Q.Scęuola ille
augur,cū de iure pdiatorio cōſuleret,hō iuris peritiſſimꝰ,cōſultores ſuos nōnunq̄ ad Furiū

Prædiatores.

& Caſelliū pdiatores reiiciebat:ſi nos de aqua noſtra Tuſculana M. Tugionem potius, q̄ C.
Aqliū cōſulebamus:q aſſiduus vſus vni rei deditꝰ,& ingeniū,& artē ſępe vincit:quis dubita

Vſus aſſiduus,& ingeniū & artē vincit.

ret de fœderibus,& de toto iure pacis,& belli oībꝰ iuris peritiſſimis imperatores noſtros an
teferre?Poſſumus ne igit tibi ƥbare auctorē exēpli,atq; facti illius,qđ a te reprehendit,C.Ma
riū?qęris aliquē grauiorē?cōſtātiorē?pſtantiorē virtute,prudētia,religione,ęqtate?Is igitur
M.Anniū Appiū fortiſſimū virū,virtute pditū,ciuitate donauit,cū Camertinū fœdus ſanctiſ
ſimū,atq; æqſſimū ſciret eſſe.Poteſt igit Iudices L.Cornelius cōdemnari,vt nō C.Marii factū

Exiſtere.

cōdemnet?Exiſtat ergo ille vir parūper cogitatione veſtra,qm̄ re nō pōt:vt cōſpiciatis cū mē
tibꝰ,quē oculis nō poteſtis. dicat ſe nō imperitū fœderis,nō rudē exēplorum,nō ignarū belli

C.Marius P.Aphricani diſcipulus.

fuiſſe,P.Aphricani diſcipulū,ac militē:ſe ſtipēdiis,ſe legatiōibꝰ bellicis eruditū:ſe ſi tāta bella
legiſſet,quāta bella & geſſit,& cōfecit:ſi ſub tot cōſulibus meruiſſet, quoties ipſe cōſul fuiſ
ſet:oīa iura belli pdiſcere,ac noſſe potuiſſe.ſibi nō fuiſſe dubiū,qn nullo fœdere a Repu.bene
gerēda impediret:a ſe ex cōiunctiſſima atq; amiciſſima ciuitate fortiſſimū quēq; eſſe delectū:
neq; Ignatiū,neq; Camertū fœdere eſſe exceptū:quo minus eorū ciuibꝰ a poplo Ro.pmia vir
tutis tribuerent.Itaq; cū paucis annis poſt hāc ciuitatis donationē acerrima de ciuitate q̄ſtio
Licinia & Mutia lege veniſſet : nū qs eorū q de fœderatis ciuitatibus eſſet ciuitate donatus,
in iudiciū eſt vocatus?Nā Spoletinus T.Macrinus vnus ex iis,quos C.Marius ciuitate do
naſſet,dixit cauſam ex Colonia Latina in primis firma & illuſtri.quē cū diſertus homo L.An
tiſtius accuſaret,Spoletinus dixit fundū populū Spoletinum non eſſe factum.Videbat enim
populos de ſuo iure, non de noſtro fundos fieri ſolere. ſed cum lege Apuleia Coloniæ non

eſſent deductę,qua lege Saturninꝰ C.Mario tulerat,vt in ſingulas colonias ternos ciues Ro
manos facere poſſet,negabat hoc beneficiū re ipſa ſublata valere debere.Nihil habet ſimilitu
dinis iſta accuſatio. ſed tamē tanta auctoritas in C.Mario fuit, vt non ꝑ L.Craſſum affinē
ſuū hominē incredibili eloquētia,ſed paucis ipſe verbis cauſam illā grauitate ſua defenderit,
& probarit.Quis em̄ eſſet Iudices ꝗ imꝑatoribus noſtris in bello,in acie,in exercitu,delectū
virtutis:ꝗ ſociis,ꝗ fœderatis,in defendenda republica noſtra ſpem præmiorū eripi vellet? Q;
ſi vultus C.Marii,ſi vox,ſi ille imꝑatorius ardor oculorū,ſi recētes triūphi,ſi pſens valuit Marii vul-
aſpectus:valeat auctoritas,valeāt res geſtę,valeat memoria,valeat fortiſſimi,& clariſſimi vi- tus.
ri nomen ęternū:ſit hoc diſcrimē inter gratioſos ciues,atq; fortes:vt illi viui fruant̄ opibus
ſuis,horū etiā mortuorū,ſi qſq̄ huius imperii defenſor mori pōt,viuat auctoritas immorta
lis.Quid?Cn.Pōpeius Magni pater,rebꝰ Italico bello maximis geſtis,P.Ceſiū Equitē Ro.virū
bonū,ꝗ viuit Rauēnę,fœderato ex populo nōne ciuitate donauit?Quid?cohortis duas Ca-
mertiū:quid?Heracliēſiū legionē,P.Craſſus vir ampliſſimus ex ea ciuitate, quacū ꝓpe ſingu
lare fœdus,Pyrrhi tēporibus,C.Fabricio conſule ictū putat̄: quid?Maſſiliēſem Ariſtonē Syl-
la:quid?qm̄ cum Gaditanis agimus:idē Heros.IX.Gaditanos:quid?vir ſanctiſſimus & ſum-
ma religione ac modeſtia Q.Metellus Pius Q.Fabiū Saguntinū:quid?hic ꝗ adeſt,a quo hæc,
quæ ego nunc pcurro,ſubtiliſſime ſunt oīa ꝑpolita:M.Craſſus,non Aletrienſem fœderatū
ciuitate donauit,homo tū grauitate & prudētia pręſtās,tū vel nimiū parcus in largienda ci
uitate? Hic tu Cn.Pōpeii beneficiū,vel potius iudiciū & factū īfirmare conaris:ꝗ fecit qđ C.
Mariū feciſſe audierat:fecit qđ P.Craſſum,L.Syllā,qđ Q.Metellū,qđ deniq; domeſticū aucto
rē patrem ſuū facere viderat?Neq; vero in vno Cornelio id fecit.nā & Gaditanū Haſdrubalē
ex bello illo Aphricano,& Mamertinos obuios,& quoſdā Vticenſes,& Sagūtinos fabros ci-
uitate donauit.Etem̄ cū cæteris pręmiis digni ſunt,ꝗ ſuo labore & ꝑiculo noſtrā Remp. de
fendunt:tū certe digniſſimi ſunt,qui ciuitate ea donent̄,ꝓ qua ꝑicula ac tela ſubierunt.At
ꝙ vtinā ꝗ vbiq; ſunt propugnatores huius imperii,poſſent in hanc ciuitatē venire:& cōtra,
oppugnatores Reip.de ciuitate exterminari.Neq; ille ſummus Poeta noſter Annibalis illam Ennius.
magis cohortationē,ꝙ̄ cōmunē imperatorū voluit eſſe,Hoſtē ꝗ feriet mihi erit Carthaginiē
ſis,qſquis erit ciuitatis,ſi & id habēt hoc leue & ſemper habuerunt. Itaq; & ciuis fortiſſimos ✱
vndiq; fortes viros adſciuerūt,& hominū ignobilium virtutē perſępe nobilitatis inertię præ
tulerunt. Habetis imperatorū ſummorū,& ſapientiſſimorū hominū clariſſimoꝝ virorum
interpretationē iuris,ac fœderū.dabo etiā iudicū,ꝗ huic quęſtioni præfuerūt:dabo vniuerſi
populi:dabo ſanctiſſimū etiā iudiciū ſenatꝰ.Iudices cū ſępe ferrēt,palāq; loquerent̄,qđ eſſent
lege Pappia de M.Craſſo Mamertinis repetentibꝰ iudicaturi:Mamertini publice ſuſcepta cau
ſa deſtiterūt.multi in ciuitate recepti ex liberis fœderatiſq; populis:nemo vnq̄ eſt de ciuitate
accuſatus: ꝙ aut populus fundus factus nō eſſet,aut ꝙ fœdere ciuitatis mutandę ius impedi Populus
ret.Audebo etiā hoc cōtendere,nunq̄ eſſe condemnatū,quē cōſtaret ab imperatore noſtro ci fundus fa-
uitate donatū.Cognoſcite nūc populi Ro.iudiciū multis rebus interpoſitū, atq; in maximis ctus.
cauſis re ipſa atq; vſu cōprobatū.Cū Latinis oībꝰ fœdus ictū Sp.Caſſio,Poſthumio Cominio
CONSS.qs ignorat?qđ qdē nuper in columna ænea meminimus poſt roſtra inciſum,& pſcri Meminimꝰ
ptū fuiſſe.Quomodo igit̄ L.Cominius Tybur,pater huius Eqtis Ro.optimi,atq; ornatiſſimi fuiſſe.
viri, damnato Cęlio,quomodo ex eadem ciuitate T. Coponius ciuis item ſumma virtute &
dignitate (nepotes T.& C.Coponios noſtis) damnato C.Maſſone ciuis Romanus eſt factꝰ?
An lingua & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit?manu,& virtute non potuit? An
ne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit?de hoſtibus non licebit? An quod adipiſci pote-
rant dicendo,id aſſequi pugnando non liceat?An accuſatori maiores noſtri maiora præmia,
ꝙ̄ bellatori eſſe voluerūt? Q; ſi acerbiſſima lege Seruilia principes viri,ac grauiſſimi, & ſapiē-
tiſſimi ciues hanc latinis ideſt fœderatis viam ad ciuitatē populi iuſſu patere paſſi ſunt:neq;
in his eſt hoc rephēſum Licinia & Mutia lege,cū pſertim in genꝰ ipſum accuſatiōis & nomē,
eiuſmodi pmiū,qđ nemo aſſeq poſſit,niſi ex ſenatoris calamitate,neq; ſenatori,neq; bono cui
ꝙ̄ nimis iucūdū eſſe poſſet:dubitādū fuit,qn quo in gn̄e,iudiciorū pmia rata eſſent,in eodem
iudicia imꝑatorū valerēt?Nū fundos igit̄ factos populos Latinos arbitramur,aut Seruilia
lege,aut cęteris,qbus Latinis hominibus erat propoſitum aliqua ex re pmiū ciuitatis? Co-
gnoſcite nūc iudiciū ſenatus, qđ ſemp eſt iudicio populi comprobatū. Sacra Cereris Iudices Cereris ſa-
ſumma maiores noſtri religione confici cęrimoniaq; voluerunt,quę cum eſſent aſſumpta de cra.

Græcia,& per græcas ſemꝑ curata ſunt ſacerdotes,& Greca omnia nominata:ſed cum illam
Sacra ꝓ ci- queꝫ Græcũ illud ſacrũ monſtraret,& faceret,ex Grecia deligerẽt,tamen ſacra pro ciuibus ci
uibus ciuis uem facere voluerũt:vt deos immortales ſcientia peregrina & externa,mẽte domeſtica & ci-
faciebat. uili precarenť.has ſacerdotes video fere aut Neapolitanas,aut Velienſes fuiſſe fœderatarũ ſi
ne dubio ciuitatũ.mitto vetera.proxima dico.ante ciuitatẽ Velienſibus datã,de ſenatus ſen
tentia C.Valeriũ Flaccũ Pretorẽ vrbanũ nominatim ad populũ de Calliphana Velienſe, vt
ea ciuis Romana eſſet,tuliſſe.nũ igiť aut fundos factos Velienſes,aut ſacerdotẽ illã ciuẽ Ro.
factã non eſſe,aut fœdus,& a ſenatu,& a populo Ro.violatũ arbitrabimur? Intelligo Iud.
in cauſa aperta,minimeq; dubia,multo & plura,& a pluribus peritiſſimis eſſe dicta,q̃ res po-
ſtularet.ſed id factũ eſt,non vt vobis rem tã perſpicuã dicendo probaremus:verũ vt oĩm ma
leuolorũ,iniquorũ,inuidorũ aĩos frangeremus:quos aut accuſator incẽderet,vt aliq ſermo-
nes hoĩm alienis bonis mœrentiũ etiam ad veſtras aures permanarent, & in iudicio ipſo re-
dundarent:idcirco illa in oĩ parte orationis ſua arte aſpergi videbatis:tum pecuniã L. Cor
nelii,que neq; inuidioſa eſt,& quantacũq; eſt,eiuſmodi eſt, vt conſeruata magis, q̃ corrupta
eſſe videať:tum luxuriã,que non crimine aliquo libidinis,ſed cõmuni maledicto notabatur:
* tũ Tuſculanũ,qđ Q.Metelli fuiſſe meminerat,& L.Craſſi.ſimul illud neſciebat,prediorũ nul
lam eſſe gentẽ:emptionibus ea ſolere ſepe ad alienos hoĩes,ſæpe ad infimos,non legibus tanq̃
tutelas ꝑuenire.Obiectũ eſt etiã ꝙ in Tribũ Cruſtuminã ꝑuenerit: qđ hic aſſecutus eſt legis
de ambitu premio minus inuidioſo,q̃ qui legũ premiis Pretoriã ſententiã,& prætextã togã
conſequunť.Et adoptio Theophanis agitata eſt, per quã Cornelius nihil eſt preterq̃ propin
quorũ ſuorũ hereditates aſſecutus.q̃q̃ iſtorũ animos,qui ipſi Cornelio inuident,nõ eſt diffi
cillimũ mitigare:more hoĩm inuident,in conuiuiis rodunt,in circulis vellicant: non illo ini
mico,ſed hoc maledico dente carpunt. qui amicis L.Cornelii aut inimici ſunt, aut inuidẽt,
hi ſunt huic multo vehementius pertimeſcendi.nã huic qdem ipſi qs eſt vnq̃ inuentus inimi
cus?aut qs iure eſſe potuit?quem bonũ non coluit?cuius fortunæ dignitatiq; non ceſſit?ver-
ſatus in intima familiaritate hoĩs potẽtiſſimi in maximis noſtris malis atq; diſcordiis nemi-
nẽ vnq̃ alterius rationis,ac partis,nõ re, non verbo,non vultu deniq; offendit.fuit hoc ſiue
meum,ſiue Reipub.fatũ,vt in me vnũ oĩs inclinatio cõmuniũ tẽporũ incũberet.nõ modo nõ
exultauit in ruinis noſtris veſtriſq; diſcordiis Cornelius,ſed omni officio,lachrymis,opera,
conſolatione,oĩs me abſente meos ſubleuauit.quorũ ego teſtimonio ac p̃cibus,munus hoc
meritũ huic,&,vt a principio dixi,iuſtam & debitã gratiã refero.ſperoq; Iud.vt eos, q prin-
cipes fuerunt conſeruandæ ſalutis,aut dignitatis mee,diligitis,& charos habetis:ſic que ab
hoc ꝓ facultate huius, pro loco facta ſunt, & grata eſſe vobis,& ꝓbata.Nõ igiť a ſuis,quos
nullos habet,ſed a ſuorũ,q & multi,& potẽtes ſunt,vrgeť inimicis.quos qdem heſterno die
Cn.Pompeius copioſa oratione,& graui ſecum ſi vellẽt,contendere iubebat: ab hoc impro-
bo certamine,atq; iniuſta cõtentione auocabat.Et erat equa lex,& vobis Iudices,atq; omni-
bus q noſtris familiaritatibus implicanť,vehementer vtilis, vt noſtras inimicitias ipſi inter
nos geramus,amicis noſtrorũ inimicorũ tẽperemus. Ac ſi mea auctoritas ſatis apud illos in
hac re ponderis haberet,cum me preſertim rerum varietate,atq; vſu ipſo iã perdoctum vide
rent,etiã ab illis eos maioribus diſcordiis auocarẽ.Id enim cõtẽdere mecũ de republica,cum
id defendas, qđ eẽ optimũ ſentias,& fortiũ virorũ,& magnorũ hoĩm ſemꝑ putaui,neq; huic
vnq laborí,officio,muneri defui.ſed contentio tãdiu ſapiens eſt,q̃diu aut ꝓficit aliqd:aut ſi
non ꝓficit,non obeſt ciuitati.volumus quedã,contendimus,experti ſumus,obtenta nõ ſunt:
dolorem in alienis,luctũ,mœroremq; ſuſcepimus:cur ea que mutare nõ poſſumus,cõuellere
malumus,q̃ tueri?C.Ceſarẽ ſenatus,& genere ſupplicationũ ampliſſimo ornauit, & numero
Afficere ſti- dierũ nouẽ.Idẽ in anguſtiis ærarii victorẽ exercitũ ſtipendio affecit, Imperatori decẽ legatos
pendio. decreuit,lege Sẽpronia ſuccedẽdũ non cenſuit.harũ ego ſententiarum & princeps, & auctor
fui:neq; me diſſenſioni mee priſtine putaui potius aſſentiri,q̃ præſentibus Reipublice tẽpori
bus & concordie cõuenire.Nõ idem aliis videť.ſunt fortaſſe in ſententia firmiores, reprehen
" do nemĩnẽ.ſed aſſentior non oĩbus:neq; eſſe inconſtantis puto,ſententiã aliquam, tanq̃ ali
" quod nauigiũ ex Reip.tẽpeſtate moderari.ſed ſi qui ſunt, qbus infinitũ ſit odiũ,in quo ſemel
Odiũ infi- ſuſceptũ ſit,quos video eſſe nõnullos:cũ ducibus ipſis,nõ cũ comitatu, aſſectatoribuſq; cõfli
nitum. gãt.Illã eñ fortaſſe pertinaciã nõnulli,virtutẽ alii putabũt:hanc vero iniquitatẽ omnes, cũ
aliqua crudelitate coniunctã. Sed ſi certorũ hominũ mentes nulla ratione placare poſſumus

Iudices, veſtros quidem animos certe confidimus,non oratione noſtra, ſed humanitate ve-ſtra eſſe placatos.Quid eſt̃ cur non potius ad ſummã laudẽ huic,q̃ ad minimã fraudẽ Cęſaris familiaritas valere debeat? cognouit adoleſcẽs:placuit homini prudentiſſimo:in ſumma amicorũ copia,cũ familiariſſimis eius eſt adęquatus:in Prętura,in Cõſulatu pręfectũ fabrum detulit:conſiliũ hoĩs probauit:fidẽ eius eſt cõplexus:officia,obſeruãtiãq; dilexit.fuit hic multorũ illi laborũ ſocius aliquando,eſt fortaſſe nunc nõnullorũ particeps cõmodorũ.quę q̄dem ſi huic obfuerint apud vos,nõ intelligo q̄d bonũ cuiq̃ ſit apud tales viros profuturũ. Sed quoniã C.Cęſar abeſt longiſſime,atq; in his eſt nunc locis,quę regiones orbem terrarũ rebus illius geſtis,imperiũ populi Ro.definiunt, nolite ꝑ deos immortales Iudices hunc illi acerbũ nunciũ velle deferri,vt ſuũ Pręfectũ fabrũ,vt hominẽ ſibi chariſſimũ,& familiariſſimũ,nõ ob ipſius aliquod delictũ,ſed ob ſuã familiaritatẽ veſtris oppreſſum ſententiis audiat:miſeremini eius,q non de ſuo ꝑcato,ſed huius ſummi & clariſſimi viri facto,non de aliquo crimine,ſed periculo ſuo de publico iure diſceptat: q̄d ius ſi Cn. Pompeius pater ignorauit,ſi M. Craſſus,ſi Q.Metellus,ſi Cn.Põpeius,ſi L.Sylla,ſi L.Craſſus,ſi C.Marius,ſi Senatus,ſi populus Ro.ſi q de re ſimili iudicarũt,ſi fœderati populi,ſi ſocii,ſi illi antiq Latini,videte ne vtiliꝰ vobis & honeſtius ſit,illis ducibus errare,q̃ hoc magiſtro erudiri.Sed ſi de certo,de ꝑſpicuo,de vtili,de probato,de iudicato vobis iure eſſe conſtituendũ videtis : nolite cõmittere,vt in re tã inueterata q̄cq̃ noui ſentiatis.Simul & illa Iud.oĩa ante oculos veſtros ꝓponite. Primũ eſſe omnes etiã poſt mortẽ reos clariſſimos illos viros,qui fœderatos ciuitate donarunt. deinde ſenatũ,q ꝑſępe hoc iudicauit:populũ,q iuſſit:iudices,q approbarũt.tum etiã illud cogitatote,ſic viuere ac vixiſſe Corneliũ,vt cum oĩm ꝑcatorum queſtiones ſint,nõ de vitiorum ſuorum pœna,ſed de virtutis præmio in iudicium vocetur.Accedat etiam illud,vt ſtatuatis hoc iudicio, vtrum poſthac amicitias clarorum virorũ calamitati hominibus an ornamento eſſe malitis.Poſtremo illud Iud.fixum in animis veſtris tenetote, vos in hac cauſa non de maleficio L.Cornelii,ſed de beneficio Cn.Pompeii iudicaturos.

Vtilius illis ducibus errare, q̃ hoc magiſtro erudiri.

## DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS. ORATIO.XXXVII.

SI QVIS veſtrum P.C.expectat,quas ſim ꝓuincias decreturus,conſideret ipſe ſecũ,q mihi homines ex prouinciis potiſſimum detrahendi ſint:non dubitabit,q̄d me ſentire cõueniat,cum q̄d mihi ſentire neceſſe ſit,cogitarit. Ac ſi prĩceps eã ſentẽtiã dicerẽ,laudaretis ꝑfecto:ſi ſolus,certe ignoſceretis:etiã ſi paulo minꝰ vtilis vobis ſentẽtia videretᷣ,veniã tamẽ aliquã dolori meo tribueretis. Nũc vero P.C.nõ parua afficior voluptate,vel ꝙ hoc maxime Reip.cõducit,Syriã Macedoniãq; decerni,vt dolor meus,nihil a cõmuni vtilitate diſſentiat:vel ꝙ habeo auctorẽ P.Seruiliũ,q ante me ſentẽtiã dixit,virũ clariſſimũ,& cũ in vniuerſam Rẽp. tũ etiã erga meã ſalutẽ fide ac beneuolentia ſingulari.Q; ſi ille,& pauloante,& quotieſcunq; ei locus dicendi,ac poteſtas fuit,Gabinium & Piſonem duo Reip.portenta,ac pene funera,cum propter alias cauſas,tum maxime ꝓpter illud inſigne ſcelus eorũ,& importunã in me crudelitatem, non ſolũ ſententia ſua,ſed etiam verborũ grauitate eſſe notandos putauit,quonã me animo eſſe oportet in eos,cuius illi ſalutem pro pignore tradiderunt ad explendas ſuas cupiditates? Sed ego in hac ſententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracũdię ſeruiam. quo animo vnuſquiſq; veſtrum debet eſſe in illos,hoc ero: præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei, quẽ tñ vos cõmunẽ ſemper vobis mecum eſſe duxiſtis,a ſententia dicenda amouebo,ad vlciſcendi tẽpora reſeruabo. Quattuor ſunt ꝓuincię P.C.de q̄bꝰ adhuc intelligo ſentẽtias eſſe dictas:Gallię duę,quas hoc tẽpore vno imꝑio videmus eſſe coniunctas:& Syria,& Macedonia,quas vobis inuitis,& oppreſſis,peſtiferi illi Conſules pro euerſę Reipu.præmiis occupauerũt.Decernẽdę nobis ſunt lege Sẽpronia duę,q̄d eſt q̄d poſſimus de Syria Macedoniaq; dubitare? Mitto ꝙ eas ita partas habent ii,qui nunc obtinent:vt non ante attigerint, q̃ hũc ordinem cõdemnarint,q̃ auctoritatem veſtram e ciuitate exterminarint,q̃ fidẽ publicã,q̃ perpetuam Populi Ro. ſalutem, q̃ me, ac meos omnes fœdiſſime crudeliſſimeq; vexarint. Omnia

Gabiniꝰ & Piſo,duo reip. portẽta.